expressunt conceptum intellectus cognoscenti obiectum antecedenter cognitum.

15. In denominantem, qui denominationem tribuit, ut iustitia, que deno-
minat iustum: & denominatum, seu denominatum, qui denominationem
recipit.

16. Dividuntur termini in pertinentes, & impertinentes. Termini pertinen-
tes sunt, qui se mutuo inferunt, vel excludunt: qui se mutuo inferunt, ut
homo est vivibile, dicuntur pertinentes regulas; vale enim consequentia est
homo, ergo est vivibile: est vivibile, ergo est homo. Qui se mutuo excludunt
ut calidum, & frigidum, dicuntur pertinentes regulas; vale enim de-
ce; & frigidum, ergo non est calidum: est calidum, ergo non est frigi-
dum. Termini impertinentes sunt, qui nec se mutuo inferunt, nec se mutuo
excludunt. tales sunt canes, & doces, album, & dulce; nam potest aliquid
esse album, & simul dulce, vel esse album, & simul non dulce.

SECTIO 3.^a

Inquiruntur aliqua de isto secreto, & infinito.

Quaestio 1.^a

Quares 1^o

Utrum terminus concretus principaliter im-
ponat Formam, vel Subiectum? U-
trum .v.g. si Album principaliter signi-
ficet albedinem, an vero parietem?

Rep. Significatum principale termini concreti est forma.
Nam forma cuius denominationem, & distinguit concretum il-
lud in quo est, ab omni alio concreto. Si tamen spe-
letur modus predicandi, dici potest quod subiectum significatur prin-
cipaliter, quia subiectum semper importatur in uerbo, forma vero tantum in obli-
quo: nec reflexe, quod concretum Methaphisicum totum esse reale importatur in uerbo; nã
in uerbo importatio totum per modum subiecti, et totum in obliquo per modum for-
mæ; .v.g. concretum hoc homo, resolutus, habet humanitatem, tibi quia habens est
idem realiter cum humanitate habita, totum uenit in uerbo per modum subiecti
habentis, & totum in obliquo per modum Formæ habite.

Quæst. 2^o De quibus predicari possunt termini concreti? Ante res
sensuum.

Nota. Antè ueritatem propositionis affirmatiuæ, sufficere & requiri, ut iden-
tificetur uerum subiecti uerbo predicandi. Et contra, ad ueritatem propo-
sitionis negatiuæ sufficere & requiri, ut distinguatur uerum predicandi à uerbo subie-
cti. Ratio est, quod propositio affirmatiua auerat, negatiua negat uerum
predicandi esse uerum subiecti.

Respond. 1^o Concreta Similia affirmari possunt de concretis Similibus ut
Album est dulce, non tamen de abstractis, non enim recte dicitur albedo
est album neque abstracta possunt predicari de concretis, ut Album est al-
bedo, neque abstracta de abstractis, ut Albedo est dulcedo. Ratio horum
omnium, facile colligitur ex dictis.

Resp. 2^o Concreta Methaphisica affirmari possunt tam de concretis, quam
de abstractis Methaphisicis; & abstracta Methaphisica tam de abstractis, quam
de concretis: Nam recte dicitur homo est animal, uerum humanitas est
homo, humanitas est animalitas, homo est humanitas. Ratio petitur
ex eo, quod horum concretorum forma realiter idem tenentur cum subiecto.
Unde in sensu reali, subiectum & forma conueniunt de se mutuo affirmari.

Quares 3^o Quinam termini possint infinitari?

Nota. Lexum sit de finito infinius, si proponendo particulam non,
obseruari autem debet, quod hæc particula dupliciter fouet summi negantes
& infinitantes.

Infinite. Summitus negantes quando illius. *Verba tendunt ad omnia,*
quo eam sequuntur in eadem propositione, seu quando afficit propositio
ni copulam, et propositionem facit simpliciter negativam. Summitus infini-
tanti, quando illius. *Verba limitatur ad aliquem terminum particularem,*
et aliquem non extenditur. Exemplum sit in hac propositione, non homo
est Angelus, *Verba* non sumitur negans, sed si afficit copulam,
propositio exit simpliciter negativa et quae tenorem coincidet huic ho-
mo non est Angelus. Si vero particula, non, accidatur infinite, et exten-
datur ad terminum, homo, propositio exit affirmativa, et habebit hunc sen-
sum Aliquid quod non est homo, est Angelus, huius praeterea.

Propos. 1.° Terminus non transcendens, et transcendens non potest supertran-
scendere. *Verba* non potest infinite.

Prob. 1.° pars. Terminus infinite, quando propria particula non de-
terminat negat id quod representat, et indeterminate affirmat aliquid aliud,
ad quod negationi. *Verba* non extenditur; sed hoc competere potest terminis
non transcendentibus, et transcendentibus; ergo termini transcendentes, et non tran-
scendentes possunt infinite. *Major pars.* Ex notionem termini infinite. *Prob. min.*
Terminus non transcendens solum representat aliquas entitates possibili, et termi-
nus transcendens, representat distantiam entia possibile: ergo exclusio per particulam
non huius omnibus, quo huius termini representant, superant alia vel possible, vel
impossible, quo affirmantur indeterminate.

Prob. 2.° pars. Quia cum terminus supertranscendens significat omnia proxi-
mum cum facta; huius omnibus per particulam non exclusio, nihil proxi-
mum affirmandum; additque terminus supertranscendens nihil omnino significa-
bit. *Conf.* Quia in hac propositione, impossibile est non-cognoscibile si aliquid af-
firmaretur, eo ipso cognoscitur; additque esse cognoscibile. *Alioq.* dicitur non-cogno-
scibile; ita illud predicatum non-cognoscibile, falsificat propositionem, et debuit
de ipso.

Prop. 2.° In propositione potest tam predicatum, quam subiectum infinite.
Prob. Terminus infinite potest de aliquo affirmari, ut Leo est non equus, et alij
termini sunt de infinito affirmabiles, ut Sit in huius propositionibus, Aliquid non
animal est planta, non vivens est non homo: ergo terminus infinite potest in
propositione esse tam subiectum, tum predicatum.

Prop. 3.° Potest terminus infinite extra propositionem.

Prob. Terminus hic non homo extra propositionem excludit determinati hominem

141

*I*ndeterminatē representat omnia quod non est homo: ergo etiam propositionē est terminus infinitus. Prob. ant: Quia patet, quod *ly* non homo potest institui ad illud representandum; quod autem de facto fuerit ita institutum, eundem Quaderet, quod Philosphi agentes de huiusmodi terminis etiam propositionem illos appellant infinitis.

Secund. 1.º Non potest infinitari copula, reliqua vero verba possunt infinitari.

Prob. 2.º par. Si copula negetur propositio exit simpliciter negativa: ergo particula non, accipitur tunc negante, non autem infinitante. Prob. ant: Quia copula est in omni dicta cum subiecto: ergo si negetur copula, negatur ino predicati cum subiecto: ergo propositio est pure negativa.

Prob. 2.º par. Potest particula non ita profigi, verbi, ut non afficiat copulam, sed solum excludat illud quod representatur per predicatum in verbis contentans: ergo possunt verba infinitari. Conveg. patet Quia si *si* particula non ita modo extingatur, predicatum quod involuitur in verbis infinitabitur, nam hæc propositio *pp.* Petrus non currit æquivalens illi petrus est non currens, sed predicatum in infinitabitur. Prob. ant: Quia Philosphus *l. 1. post. c. 13* particulam non ita profigit verbi, ut omnia afficiat predicatum: nam sic dicitur, Stella non scintillans est prope nos: planeta non scintillat, ergo planeta sunt prope nos. Obi. si particula non in minore afficiat copulam, minor erit negativa, addidit non fore inferri (ut potest attendemus) conclusio affirmativa: ergo minor illa est affirmativa, et æquali aut, planeta sunt non scintillantes, ubi, ut patet, predicatum infinitatur.

Confirm. Quia quosdam formamus huiusmodi *si* illi mor, qui tamen non rejiciuntur illegitimos, quales erunt, si minor, facit negativam.

Obiecti 1.º Bona est hæc illatio, Seco non est equus: ergo Seco est non equus. Ergo simile, bona est hæc illatio, impossibile non est cognoscibile: ergo impossibile est non cognoscibile. Ergo *ly* cognoscibile, terminus supertaxandens potest infinitari.

Neg. conveg. Dixerunt est, quod in primo casu post equum negatum, super unum alia per illum terminum infinitatum affirmabilia in secundo autem casu, si primo cognoscibile nihil aliud affirmandum.

Obiecti 2.º Particula non est natura malignantis, et negat totum quod potest referri: ergo si profigitur subiecto, facit propositionem pure negativam: ergo subiectum non potest infinitari.

Disting. ant. Negat totum, quando sumitur pure negante, conc: quando sumitur infinitante, neg. ant. et in eodem sensu con. vel neg. conveg. Particula non ita tantum negat ad quod negandum à loquente additio: unde si proficitur tunc propositionem, non lapis est homo, intendat solum negare idem statem lapidi cum homine, *ly* non afficiat copulam, etiam propositio pure negativa: quod si *si* unquam

pelli

bellis aliqua quod non est lapsus ex hominem, & non limitabitur ad subjectum, & illud infinitabit.

Obiecti 3. Ut de eventibus terminis infinitis aliquid affirmare, & aliquid negare; sed neque ut negatio aut affirmatio tertia propositionem: ergo extra propositionem nequit terminus infinitari.

Disting. maj. Ut de eventibus terminis infinitis aliquid affirmare & negare actu, neg. aliquid affirmare potentia, seu ut sit terminus affirmabilis, conc. maj. & contra mi. nox. neg. conseq. Suggestimus, verba in definitionibus non significare actu, sed potentia.

Obiecti 4. Ista propositiones Petrus currit, Petrus non currit sunt contradictoriae; sed non eventus, si verbum infinitaretur, nam utraque esset affirmativa: ergo verbum non infinitaretur.

Disting. maj. Sunt contradictoriae, vel formaliter, vel equivalenter, conc. sed semper sunt contradictoriae formaliter, neg. maj. & disting. mayo. Sed verbum infinitaretur, non essent contradictoriae formaliter, conc. equivalenter, neg. min. & conseq. Propositiones sunt formaliter contradictoriae, quarum una ad precise negat, quod altera affirmat: et tales flexum sunt propositione, ne allata, quia particula non flexum sumitur negantur: hoc tamen non impedit, quia ponit aliquando infinitanter summi; quod, si fiat, eorum ista propositiones ambo affirmativae equivalenter tamen sunt contradictoriae, quia secunda negat totum, quod prima affirmat.

Obiecti 5. Verbum includit copulam, & predicatum: ergo si verbum dicitur infinitari, debet et copula et sic dictum etiam infinitari. Sed copula non potest infinitari: ergo nec verbum.

Res. conseq. Nichil est communius, quam si existantur totae denominationes quae non competunt nisi ratione partii. Sic homo dicitur subtrahi, quando solum corpus subtrahatur. Dicitur ratiocinari, quando sola anima dicitur: quidni igitur dicitur verbum infinitari, quando solum predicatum infinitaretur?

Quaestio 2. De quibus predicari possunt terminis infinitis?

Res. 1. Terminis non transcendentibus, si infinitentur, possunt; transcendentibus vero non possunt de possibilitibus affirmari. Ratio prima partii est, quod terminus non transcendens non significet omnia res possibili, exclusi proximis hi, quae representat determinate, restant aliae res possibili, de quibus affirmetur. Ratio secunda partii est, quod terminus transcendens significet omnia possibili, unde excluso, res particularem non eius significatio locali, non potest amplius de possibilitibus predicari.

Res.

2.
De impossibilitate ponere predicari termini infiniti, tum transcendentis, tum non
transcendentis: Ut Chimera est non homo, Chimera est non ens. Ratio huius est.
quod cum impossibili non competat predicatum entis possibili; addidit de ente impos-
sibili negari potest quoddam predicatum entis possibili.

Confirm. Homo est non homo, ens est non ens, opponuntur contradictione: ergo
cuiuslibet Dubitatio. Quam impossibili competit eorum alterum; sed negat homo,
negat ens potest affirmari de Chimera; ergo de ea ponunt predicari non homo,
est non ens.

SECTIO 6.^a

N Explicantur suppositiones terminorum.

Unumtaxat octo terminorum proprietates, quarum precisas est suppositio.
Est autem suppositio termini, eius acceptio vel sermo, vel seu suo significato.

Suppositio dividitur in materialem, et formalem. Suppositio materialis
est termini pro se, ut cum dico homo est animal absum: formalis est acceptio ter-
mini pro suo significato, ut cum dico homo est animal rationale.

Nota I. Quid suppositio materialis non sit proprie suppositio; nihil enim pro-
pria supponitur pro se ipso. Impropria est, prout in latina loquutio hęc termi-
nus supponit pro aliquo; debet enim potius dici supponitur, et sublinetur, sed
hoc non sunt tantis, ut profectus bellimus, recedat a modo loquendi, apud Phi-
losofos receptissimo.

Nota II. Quid termini suppositio, et significatio, licet res eodem intenduntur
sentant, vix tamen longe differant, nam significare rem, est eam representare,
et in cognitionem inducere: supponere vero pro se est ipse loco poni, seu cubo
gari.

I. Dividitur suppositio propria in proximam, quando scilicet terminus
sumitur in sensu proprio, ut in hac suppositione, Leo est animal: et im-
propriam, quando accipitur in sensu improprio, et figurato, ut si dicatur
Vero erat enenia bellua.

II. Dividitur suppositio propria in personalem, et simplicem. Suppositio per-
sonalis est, cum termini pro suo significato, secundum quod est in se, et in se
sententur ab intellectu, ut homo est animal. Sibi ly homo supponit pro habentem
naturam humanam, quod competit homini ex natura sua, et antecede-
nter ad omne opus intellectus. Suppositio simplex est, cum termini pro se
significati, non ut est in se, sed secundum statum, seu esse, quod accipit ab
intellectu, ut homo est species, sibi ly homo sumitur pro omnibus hominibus,
sicut tali modo cogniti.

Quod

Quod dicitur de termino communi personaliter supponitur predicari potest de singulis eius inferioribus, sic recte dicitur homo est animal, cygo pitrus est animal, Paulus est animal. Quod vero affirmativa de termino communi simpliciter supponente nequit affirmari de singularibus sub eo contentis: non enim rectum est dicere Petrus est species, Paulus est species.

2. **Dividitur** Suppositio personalis, in conjunctivam, & disjunctivam, conjunctiva seu copulativa est acceptio termini pro duobus inferioribus enumerandis per particulam copulativam. Et si homo est animal, id est Petrus est animal, & Paulus est animal. Et. Suppositio disjunctiva est acceptio termini pro duobus significati enumerandis per particulam disjunctivam vel, si homo currit, id est, vel Petrus currit, vel Paulus currit.

3. **Dividitur** Suppositio copulativa in collectivam, & distributam. Suppositio collectiva datur, quando is quod dicitur de termino communi affirmari potest de inferioribus simul sumptis, non autem de singulis. Petrus enim, & cum dico, Planetae sunt septem, h. Planetae supponit collectivam, quia Saturnus, Jupiter, Mars &c. sunt septem: non tamen recte dicitur, Saturnus est septem, Jupiter est septem. Et. Suppositio distributa est, quando quod dicitur de termino communi verificatur de singulis eius inferioribus: si cum dico, Planetae est stella erratica, quod dicitur de h. Planetae est affirmabile de singulis inferioribus, nam Saturnus est stella erratica, Mars est stella erratica &c.

6. **Dividitur** Suppositio distributa in completam, incompletam, & accommodatam. Suppositio completa est, si terminus pro singulis inferioribus nullo proximo excepto, si omne animal est mortale. Si h. animal supponit pro singulis sub se contentis. Suppositio incompleta est, quando terminus communi accipitur solum pro aliquibus eius inferioribus, si omne animal fuit in Area Noe, vel in exilis non est, quod omnia proxima animalia fecerint in area: sed quod istae fuerint aliqua de generibus singulorum. Hinc suppositio completa dicitur, si terminus pro singulis generum; incompleta, si terminus pro generibus singulorum. Suppositio accommodata est, si terminus pro singulis sui significati, excepto uno, aut altero quod connaturaliter intelligitur exceptam; si Deus creavit omnia, legit omnia, alium, omnia scilicet proter se ipsum.

7. **Dividitur** Suppositio disjunctiva in determinatam et confusam. Suppositio determinata est, quando enumerando singula inferiora, pervenitur tandem ad aliquod de terminatum, de quo verificatur supposito. Si dixeris aliquis homo currit, dicitur, vel Petrus currit, vel Paulus currit, tandem pervenitur ad aliquam, de qua licet dicere hic homo currit. Suppositio confusa, seu indeterminata est, talis acceptio termini

pio. cui inferioribus in singula fecerunt, nunquam fecerunt forte ad aliquid de-
 terminatum, quod propositionem dicitur: sic in hac propositione, aliquis oculus est ne-
 cessarius ad videndum, & oculus supponit conspici, nam nullus est assignabilis, de quo
 ponit cum veritate dici, hic oculus est necessarius ad videndum. Quae de terminatum
 propositione dicitur debent diligenter observari, nam in syllogismi conspici, eorum
 dicitur, Palatys, sunt vni profutura. Quotiescumq; enim aliqui in syllogismo ter-
 minus suppositionem mutat, id est, aliter accipitur in maiori, quam in minori, con-
 clusio illegitima est. Atque si ita dixerat, Petrus est homo, sed homo est species, ergo Pe-
 trus est species, recte negabitur conclusio, quia & homo, in maiore supponit persona-
 liter, & in minore simpliciter.

Quae. Quid sit propositionem esse de subjecto non supponente, et quando oporteat negare supponi.
 Prop. Hae propositionem de subjecto non supponente quando ex parte subjecti assumitur aliquid, ut si
 nam, quod est falsum: ut si quis dicit, Virg. Ordinem primae vixit sub Augusto. Tunc au-
 tem negare debet supponit, quando assumitur pro vi, vel pro conasso, quod falsum
 est vel non concessum: ut si dicit, aliqui jejuno, sentaculum tuum dexterae erat bonum.
 Ergo non ego prandio. Jejunos recte negabit suppositum antecedenti, ubi falso supponitur
 sentaculo, et hoc suppositum affirmat sentaculum cui, fane bonum.

SECTIO 7^a

DE INDIVIDUO VAGO.

Occasione eorum, quae Secunda procedenti dixerimus de suppositione deter-
 minata & confusa, intueri potest questio de Individuo vago: quae tamen
 a recentioribus nec libere quidem, mihi tamen non contemptenda videtur.
 Intellegitur autem hoc nomen Individuum vagum entis aliquos determi-
 nata, equus &c. qui neque sit hic neque ille equus, neque illi aliter
 determinatus. Unde opponitur individuo determinato, quod designari po-
 test aliqua particula ostensiva dicens, est hoc, et illud &c. quod dandi po-
 test in intellectu huiusmodi individuum vagum, erat per se patens; obice-
 tum enim utcumque sit in se determinatum representari potest ita con-
 fusum ut non appareat verum sit hoc, vel illud obiectum. Quorum
 idem igitur est, an extra intellectum, & a parte rei existere possit talisen-
 tibus, quae neque sit hoc neque illa, neque illa alia determinata.

Conclusio: Nequit dari a parte rei individuum vagum. Prob. Quia quae eni-
 ter necessarius est illud ipsum, quod est, nec potest esse aliud a se ipso, ergo
 necesse

necessario habet suum esse distinctum ab omni alio, ad hoc potest deter-
minari assignari dicendo; Et hoc, et non est alio; sed quicquid potest
ita assignari non est individuum vagum; ergo impossibile est individuum
vagum a parte rei.

Obiecti 1^o. Dum dico, aliquis currit affirmo cursum de aliquo, sed
non de aliquo determinato: ergo de aliquo vago; ergo videtur esse
verum, datur obiectum ei conforme videlicet obiectum vagum.

Disting. min. non affirmo cursum de aliquo determinato in intelle-
tu, sed determinate cognitio, conc. de aliquo determinato in se neg
min. et parum conseq. Cursum isthuc affirmatur de omnibus sed in-
determinate, ita ut tota indeterminatio qua isthuc refertur, sit in mo-
do affirmandi et nullatenus in ipso obiecto prout est in se.

Obiecti 2^o. Qui dicit, curro vel non curro affirmat cursum indeter-
minatè: ergo si curro vel non curro (quod est necessarium) debet cursum con-
tere indeterminatè. Disting. ant. Salu affirmat cursum ex parte de-
terminatè, neg. indeterminatè, sive modo indeterminatè affirmat cur-
sum ex parte, conc. ant. et neg. conseq. Actus ille est quidem indeter-
minatè, sed indeterminatè affirmationi non autem aliqua inde-
terminationi affirmatè de ipso obiecto.

Obiecti 3^o et precipue. Aliquis equus est necessarius ad equitandum;
sed non est necessarius aliqui equus determinatus; ergo necessarius est cursum
vagus. Prob. min. Neque equus A neque equus B, neque aliquis alius est
assignabilis et necessarius, nam quicquid aliud sufficit; ergo nam existit ad er-
gò non est necessarius nisi equus determinatus.

Prop. 3^o. Si equus vagus est necessarius, equus determinatus non sufficit, et si
quid equus sufficit equus vagus non est necessarius. Unde quicquid dixerit arguen-
tū evidens est quòd hoc argumentum nimirum vel nihil continet.

Prop. 2^o. Disting. maj. ad equitandum necessarius est aliquis equus in suppositione
determinatè, nego: in suppositione confusa, nego maiorem, et distinguo minorem;
sed non est necessarius aliqui equus in suppositione determinatè, concedo, in
suppositione confusa, nego minorem. Nam in suppositione confusa omnes equi
sunt necessarii: vnde nego etiam 2^m. Ad probationem minoris respondeo, et equum
A, et equum B, et omnes alios equos esse necessarios in suppositione confu-
sa, nullum vero in suppositione determinatè. Equum aliquem esse necessa-
rium in suppositione determinatè importat esse aliquem de quo potest

dic, hic est necessarius; qualis si daretur, esset quidem vaju, quia de nullo
to determinato potest dici, quod sit necessarius. Eius vero aliquem necessa-
rium in suppositione confusa solum significat necessitatem, quae inde-
terminatè respicit non aliquem equum vaju, sed omnem omnino e-
equum, ita ut indeterminatione non se teneat ex parte equi; scilicet tex-
mini, qui respicitur; sed ex parte modi, quo hæc necessitas terminum
suum respicit.

Aliter ad argumentum propositum respondere potest, sic
disting. do aliquis equus ad equitandum est necessarius pro omni non equo,
concedi. pro alio equo, nego maiorem. Sed non est necessarius aliquis deter-
minatus pro alio equo, sedo, pro non equo, nego minorem, et v. m. si tantum
omnis equus sufficiat, et nihil præter equum sit satis ad equitandum, fa-
tes omnem equum esse necessarium pro non equo, nullum vero equum esse
necessarium pro alio equo.

Replias 1: equus, qui neque est hic, neque illud
est equus vaju; sed talis est equus, qui necessarius est ad equitandum: ergo ne-
cessarius est equus vaju. Nego suppositum maiori, supponis enim; quod si ali-
quis equus, de quo dicitur positus, neque est hic, neque ille &c. hæc autem est illud
ipsum, quod in questione positus, adeoque non est assumendum, donec præbe-
atur.

Replias 2: unus equus est necessarius pro alio etiam in suppositione
determinata: ergo aliquis est necessarius in tali suppositione. Prob. ant. 1: quia
non possum equitare, nisi habeam unum pro alio. Secundo: possum equi-
tare sine equo A, non autem sine aliquo: ergo aliquis est magis necessa-
riu, quam equus A.

Ad primum autem: unus equus in suppositione confusa est ne-
cessarius pro alio in suppositione determinata, concedo: unus in suppositio-
ne determinata est necessarius pro alio in suppositione etiam determina-
ta, nego ant., et v. m. Aliquem in suppositione confusa esse magis neces-
sarium aliquo in suppositione determinata, tantum importat, requiri ali-
quem indeterminate, nullum vero determinate. Ad primam præbationem
conc. ant. neg. v. m. Antecedens illud tantum significat, quod actui equitan-
di nequeat exacerri, nisi adhibeatur unus equus in se determinatus.

At nunc autem non sequitur, quod necessitas equi ad equitandum res-
picat.

aspiciat aliquem equum determinatum aut unum pro alio, quod asseritur in
conclusioni. Ad secundam probationem, conc. maj. & dilting. min. non possum
equitate sine aliquo simplicitate, conc. sine aliquo distincto ab equo A, nego
min. & conseq. Nam cum equus A tam sufficiens, quam illus aliter, nullus est
magis necessarius, quam equus B.

Regl. 3^o. Id sine quo non possum equitate est magis necessarius, quam id si-
ne quo possum equitate, sed possum equitate sine equo A, & non possum equi-
tate sine aliquo equo; ergo aliquis equus est magis necessarius, quam
quus A.

Secundo neg. Suppositum maj. Supponi enim esse aliquid assignabile, &
determinatum sine quo nequeat equitate, quod est falsum. 2^o Dilting. Secun-
dum partem minorum, non possum equitate sine aliquo equo in supposito-
ne determinata, neg. sine aliquo in suppositione confusa concedo min. & sub-
conseq. ergo aliquis in suppositione confusa est magis necessarius, quam equus
A, conc. in suppositione determinata neg. conseq.

Regl. 4^a. Ante omnem suppositionem, & actum intellectus est necessitas ali-
cuius equi, sed non est necessitas equi determinati; ergo ante omnem suppo-
sitionem est necessitas equi magis; ergo ad vitandum individuum sagum, solu-
tio, recurrimus ad suppositionem confusam.

Dilting. maj. Ante omnem suppositionem est necessitas aspicendi ali-
quem equum determinatum, & fundam. suppositionem determinatam neg. est
necessitas indeterminate respiciens omnes equos, & sine expugnabili pater-
minum confusam supponentem, conced. maj. & conc. min. neg. & transig. illa-
tionem. Quamvis necessitas sit antecedens ad omnem suppositionem, tamen
tamen est, ut nequeat recte explicari, nisi per suppositionem confusam;
addo q. recte ad hanc recurrimus, ubi sermo est de tali necessitate.

SECTIO 8^a

Explicentur reliqua terminorum proprietates.
Restant terminorum proprietates, septem, videlicet, status, ampliatio,
abstractio, restrictio, diminutio, appellatio, alienatio.

Status. Est acceptio termini pro suo significato, & existente in illa de-
terminata temporum differentia, quo per copulam importatur, & sedens ubi,
ubi significatur lusus hominis nudi actu sedentis. Est autem pro significo

tem

temporis differentia, exigitur termini status, de presenti, futuro, et futuro. Et dicitur

diligens studet, Paulus ociosus ambulavit, Joannes semper dormit.

Ampliatio. Est acceptio termini pro duobus, vel pro omnibus temporis differen-
tijs, et Jurem dicitur venes, id est, quisquis est vel erit Jurem, dicitur venes. Sicut
valeratur, id est, quisquis est, dicitur vel erit iustus, et alia dicitur.

Restrictio. Est acceptio termini pro alia temporis differentia, quam quam im-
portatur per copulam, et coci videtur, id est, qui fuerunt coci iam videntur.

Adversio. Est ^{contra dicitur} acceptio termini a latiori, ad minus latam significationem, quod
fit varijs modis, primo, adiciendo casum obliquum, et liber dicitur est liber
et sic de significatione unius liberi, restringitur ad significandum illum librum
qui est dicitur. Secundo, apponendo adiectivum, et homo doctus, dicitur ad-
dendo participium, et homo scribens homo qui scribit.

Diminutio. Est translatio significationu termini a toto ad partem, sicut
a simplicitate, a secundum quid, id est, est termini restrictio quod fit et sic quod
per se significat aliquid simpliciter, non illud significat nisi secundum quid.
Et Ethiops est albus secundum dente, ubi sic albus dicitur qui solitarie dicitur
tuo significat restrictionem simpliciter album, restringitur ad significandum quod-
dam albedinem dentium.

Appellatio. Est significationi applicatio unius termini, ad significationem alterius.
Et homo iustus, applicat dicitur ubi sic iustus applicat suum significationem ad
significationem termini homo, eius quam denominationem communicat. Et iustus
dicitur terminus appellari sic homo, vocatur terminus appellatus.

Duplex potest esse appellatio, materialis et formalis. Appellatio est ma-
terialis, quando terminus appellans afficit subiectum termini appellati, et
autem appellatio formalis, quando afficit eius formam, et quando di-
co, dicitur est magnus Philosophus, si dicitur sit, dicitur esse magnus materia-
teris, appellatio est materialis. Si vero dicitur sit, dicitur esse magnus materia-
teris Philosophum valde doctum, appellatio est formalis, nam sic magnus ap-
pellat Philosophiam, quod est forma istius concetti.

In Synlogismo conficiendi diligentia maxime debet appellations mutari;
sic enim fit, et dicitur sit Minor, qualis est iste, habet fecit cathedra
diam. Sed cathedra est lignum, ergo habet fecit lignum. ubi consequentia
est illegitima, quia sic dicitur in majori appellat. Nota formalis cathedra
dicitur esse aptam partium dispositionem et figuram; in conclusione vero ap-
pellat supra materiale, seu materiam ex qua cathedra conficitur.

Et termini proprietatibus nonnulli aliam addunt, quod dicitur rem.

nemo, et qui adnotatio terminum a Significatione entis realis, ad Significandum aliquid impossibile, ut homo irrationalis, ubi by homo, quod per se significat ens reale, per appositionem termini irrationalis, transferretur ad significandam Chimeram.

Quæritur, quid sit ascensus et descensus terminorum? Resp. Ascensus terminorum est argumentatio, quæ ascendit ab inferioribus sufficienter communitatis, ad idem affirmandum de ratione superiorum, seu termino communi, ut animal rationale est mortale, et animal irrationale est mortale; ergo omne animal est mortale. Descensus terminum est argumentatio à termino superiorum ad eum inferiorum, ut homo omnium est animal; ergo Petrus est animal, Sautus est animal.

DISPUT 2^a

De his quæ ad secundam mentis operationem pertinent.

SECT 1^a

De Divisione.

Divisio est oratio distribuens totum in suas partes, id quod dividitur dicitur terminum, partes in quas dividitur dicuntur membra dividenda. Divisio alia est obiectiva alia formalis. Divisio obiectiva, est ipsum obiectum quod dividitur. Divisio formalis est actu intellectus, quo totum in suas partes distribuitur.

Divisio formalis dividitur in accidentalem, et potentialem; Divisio actualis est partitio totius in partibus actu existentibus. Si partes sint Mathematicæ, seu sola ratione distinctæ qualis sunt in homine animal Irationalis, est divisio actualis mathematica. Si sunt realiter distinctæ sed distinctæ unite, qualis sunt in homine corpus et animus, est divisio actualis distinctiva. Si sunt unite tantum moraliter, qualis est inter membra Reipublicæ, dicitur Divisio actualis moralis.

Divisio actualis distinctiva dividitur in essentialem et integram. Divisio distinctiva essentialis totum actuale distribuit in partes essentialis, ut corpus et alia pars materia, alia forma. Divisio distinctiva integralis partem totum in partes integrantes; hæ partes dicuntur partes integrantes si in quibus si aliqua pars est datur, sed non integra; talis partes in homine sunt, manus, pedes &c. nam hæ sublati manet homo, tametsi mutui.

Divisio potentialis est partitio totius potentialis, seu alicuius rationis communis in sua inferiora, ex. g. animal, aliud est homo, aliud est equus

Divisio

Dicitur autem ratio communis esse totum generacionem, quia dicitur prescindit ab in-
 ferentiam differentij, ea non continet actu, sed tantum potentia, in quan-
 tum potest per differentia adijerari ad inferentia concialli: sic animal non
 est actu homo, Deo, equi &c. quia non includit formaliter rationalitatem,
 rugibilitatem &c. est tamen ista omnia in potentia, quia si contrahatur, &
 potest, per rationale est homo, si per rugibile est Deo &c. Jam vero
 quia fluxus sunt rationis communis, hinc ratiis sunt diuisionis potentiale.
 Prima est diuicio generis in speciem sub eo contentas, ut animal, aliud ra-
 tionale aliud inhiabile. Secunda est diuicio speciei in singularias, ut ho-
 mo aliu est Petrus, aliu est Paulus. &c. Tertia per accidentia, ut homo al-
 liu est albus, aliu est niger. &c. Quarta accidenti per subjecta, ut album
 aliud mix, aliud lac. &c. Quinta accidenti per alia accidentia, ut album
 aliud dulce, aliud amarum. Sexta, nominis in sua significata, ut
 Paulus, aliu aui aliu homo.

Regula bona diuisionis.

1. Nullum membrum diuidens includatur in alio membro, hinc mala
 est hoc diuicio, animal aliud est rationale, aliud irrationale, aliud rugi-
 bile. nam rugibile includitur in irrationale.

2. Nullum membrum diuidens adquet diuisionem; tunc enim quum diuio
 est contra hanc regulam, peccat hoc diuicio animal aliud rationale, aliud inhi-
 bile, nam sub diuio animal, continentur Deo, Tigrii &c. quia in hac

diuisione omituntur.

3. Membra diuidencia nihil contineant, quod non contineatur in diuio; hinc
 vitiosa est hoc diuicio, animal aliud homo, aliud Singula, quia Singula
 non continetur sub diuio animal. Ista reguli addi potest, quod diuicio non
 debeat aut nimis generari esse, nam tunc est obuia, nec descendendo
 ad minutias, nimium multiplicare membra, sic enim generatur confusio,
 magis quam sciencia.

Modi argumentandi ex Diuisione.

Argumentum dicitur ex diuisione potenciali, primo ab affirmatione
 diuio ad affirmationem membrorum sub diuisionem; ut est homo,
 ergo est vel Petrus, vel Paulus &c. Secundo, ab affirmatione diuio, &
 negatione omnium membrorum, excepto uno ad determinatam affirmatio-
 nem unius istius membri; ut est manus, & non est deus, ergo est vi-
 nidro. Tertio, ab affirmatione unius cuiuslibet membri diuidenti, ad af-
 firmationem diuio, ut est Petrus, ergo est homo. Quarto, ad negationem mem-
 brorum

membrorum omnium diuisentium, à negatione diuisi, ut non est homo, ergo nec est terra; nec laurus &c. Quinto, à negatione omnium membrorum diuisentium, ad negationem diuisi, ut nec est manus dextera, nec sinistra, ergo non est manus.

Ex diuisione accurati valet argumentum; primo; ab affirmatione diuisi, ad affirmationem omnium membrorum diuisentium, ut est homo, ergo est corpus & anima. Secundo; ab affirmatione omnium membrorum ad affirmationem diuisi, ut datur anima & corpus inter se inhaerere, ergo datur homo. Tertio; à negatione diuisi, ad negationem unius ualtem membri diuisentis, ut non est homo, ergo uel non est animal, uel non est rationale. Quarto à negatione unius membri, ad negationem diuisi; ut non datur anima, ergo non datur homo. Quinto; à negatione diuisi & affirmatione omnium membrorum, uno excepto, ad illius unius negationem, ut non datur homo, uel datur corpus & anima; ergo non datur diuiso.

Quaestio I. In qua mensura operatur diuisio? Respondi. Considera in iudicio. Prob. Diuisio consistit in actu affirmante hoc & illud esse partem, sed omni actu affirmanti est iudicium, ergo diuisio consistit in iudicio.

Prob. maj. Diuisio formalis est tendentia intellectus in partes quae tales; sed talis tendentia non fit nisi per actum affirmantem hoc & illud esse partem; ergo diuisio formalis non fit nisi per actum ita affirmantem. Pars maj.

Prob. min. quia apprehensio mensurae representat illa quae sunt totum & partem, sic e.g. homo, anima, corpus, praescindit mensurae. Nam uel totum uel partem & mensurae sunt distincta, uel idem, quod, ut patet, nullo modo sufficit ad diuisionem.

Dico. Haec apprehensio, homini alia pars corpus, alia anima est bona diuisio; ergo haec potest consistere in apprehensione. Nego suppo. Si enim antecedenti, nam actu assignatus non est apprehensio, sed iudicium; non quidem expressiua copula, necessario tamen subintellectu, aliquis nullus existens, nec coniectetur by alia pars. Datur pars, cum by corpus & anima.

Quaestio Secundo. Vtrum definitio et diuisio sint diuersi modi sciendi? Respondi affirmatiua. Prob. Definitio tendit in obiectum suum eius partes ostendendo; id est representando ut unum, uel solius praescindendo ab hoc, an habeat partem uicini. Diuisio uero tendit in obiectum eius partes negando; ergo definitio & diuisio habent modum tendendi diuersum; ergo sunt diuersi modi sciendi.

Confirm.

Constat 1.º Quia et iam probavimus definitio consistit in apprehensione
divinis in judicio. Constat 2.º Quia Philonophi omnes numerant eodem modo
di; sed si definitio et divinis eient idem modus, non eient tri: ergo.

Obiectis 1.º Syllogismus affirmativus, et negativus licet habeant tendentiam
diversam, sunt idem modus sciendi: ergo tendentia diversa non probat def-
initionem et divisionem esse diversos modos sciendi.

Disting. ant: sunt idem modus sciendi, licet habeant tendentiam diversam
Phisicam, conc: Logica neg. ant. et conseq. Logica in syllogismo omnia respic-
cit tendentiam illam, qua infertur unum ex alio, nec aliud requirit in argu-
mentatione in quantum est modus sciendi; prescindit vero utrum illatio
fiat per affirmationem, vel negationem, additq; diversitas hoc est mixta mate-
riali respectu syllogismi, quatenus est modus sciendi: at vero differentia, qua
reperitur inter tendentiam definitionis, et divisionis consistit in illo ipso, quod
hinc proprium est, quatenus sunt tales modi sciendi; nam definitio, ut est ta-
li modus sciendi explicat rem per partes et componentes illius essentiam, sicque
tendit in partes eas intentionaliter componendo. Divisio autem quatenus est ta-
li modus sciendi dividit rem in partes, sicque tendit in partes illas intentional-
liter separando.

Obiectis 2.º Divisio essentiali representat partes rei essentiali: ergo divi-
tio explicans essentiam rei: ergo est definitio.

Reg. conseq. Nam representat partes ut separatas, quo non sunt essentias,
nec ut unita. Sed dicitur quod representet rei essentiam, adhuc divisio est
diversa modus sciendi; quia representat essentiam ut divisam in partes: defi-
nitio vero eam representat ut totum ex partibus conflatum.

Respons. 1.º At duo actu homo est animal rationale, homini alia parti
animal, alia rationale, idem representant: ergo idem faciunt scire: ergo
sunt idem modus sciendi: Sed prior actu est definitio: ergo et posterior.

1.º Eodem modo probe, quod hoc conclusio: ergo homo est animal ratio-
nale, ut definitio et divisio: additq; quod coincidunt omnes modi sciendi.
2.º neg. ant. Nam Secundus actu representat animal et rationale ut partes, a
quo prior actu prescindit. 3.º Disting. ant: idem representat, Sed diversimodi, con-
idem et eodem modo, neg. ant. et conseq. Diversitas modi sciendi non petitur ab
obiecti cognitio, sed a modo, quo in cognitionem adducuntur.

Respons. 2.º Divisio actuali representat partes actuales, seu actu constituentes. et
ergo ea representat ut unita, seu ut confluentes in unum totum. Reg. conseq.
representat partes actu constituentes, seu qua actu constituant, non tamen eas
apprehendit.

SECT. 2^a

Nomine, verbo, oratione & propositione.

Nomen definitum ab Aristotele l. 1. de interpret. c. 2. non significativum est in se, sine tempore, cuius nulla pars separata significat, finita est recta, faciens cum verbo (est) orationem rectam, vel falsam.

1.^o Dicitur hoc, ut excludatur terminus puri mentalis. 2.^o Dicitur significativum, ut excludatur hoc non significativum. 3.^o Dicitur ex individuo excluditur hoc animalium, quo sunt signa puri naturalia. 4.^o Additur sine tempore, quia nomina (sicut eorum aliqua, ut annus, postea, hanc, significant tempus) non significant cum tempore, id est non significant actionem exerceri pro certo aliqua temporis differentia. Sic nomen, cetera significat commotionem perpetuam, non tamen significat vel actu poni, vel positam esse, vel ponendam: ac verbum cetera implet commotionem perpetuam, et in se significat eam actu exerceri. 5.^o Dicitur finita et recta, ad excludendum terminum infinitum, et casum obliquum. 6.^o Dicitur, cuius nulla pars separata significat, id est, vel non omnino significat, vel non idem significat separata, ac reliqui adiuncti. Cetera definitioni particula satis se esse patet.

Verbum idem c. 1. definitum, non significativum ad placitum cum tempore, cuius nulla pars separata significat, finita est recta et est nota eorum quo de altero iudicantur. Dicitur non finita, quia verbum, et verbum est, seu copula neque infinitum: dicitur etiam recta, id est temporis presentis, et modi indicativi, quod reliqua tempora, et modi sunt potius casus verbi, quam verbi dicuntur nota eorum de quibus verbum est. Signum, quod predicatum conveniat subiecto. Reliqua facile intelliguntur ex dicto.

Oratio definitur l. cit. c. 2. non significativum, cuius partium aliqua separata significat, ut dictio, sed non si affirmatio vel negatio. Dicitur hoc non intelligitur unica non, sed coordinatio verborum. Quo separata aliquid significant, tamen per modum simplicis dictionis, non enim requiritur, ut sint affirmatio vel negatio. Obi notari debet, quod non accipi à Philo. præcisiue; verum quippe non est, quod oratio excludat affirmativum, vel negationem, sed quod ponit esse orationem, qua nihil affirmat vel negat.

Oratio dividitur in perfectam et imperfectam. Oratio perfecta est, qua non habet sensum completum, ut dies serenus, si nox sit. Et imperfecta

Perfecta est qua habet sensum plenum & perfectum, ut ego sum peccator, miserere mei Deus. Oratio perfecta dividitur in non-enunciatiuam, quae licet sensum habeat perfectum, nihil affirmat aut negat, ut reddi cito: & enunciatiuam, quae aliquid affirmat aut negat, ut Petrus orat. Paulinum legit.

Propositio est oratio enunciatiua. Dividitur 1^o in affirmatiuam & negatiuam. Affirmatiua est in qua praedicationem dictae contentae subiecto negatiua, in qua negatiua contenta. 2^o In formalem, materialem, & identicam. Formalis est cuius praedicationem conuenit subiecto ratione forma, ut musicus cantat; materialis est cuius praedicationem subiecto conuenit ratione materiae, ut musicus edificat. Identica est cuius subiectum & praedicationem sunt vel idem terminus, ut ensis est ensis vel termini synonymi, ut ensis est gladius.

3^o In incidentem & principalem. Propositio incidens est, quae uolumen explicat aliquam circumstantiam praedicationi vel subiecti, ut paries quiescit albi, disgregat uisum, ubi propositio incidens est hoc, qui est albi, per se positio uero principalis est, paries disgregat uisum; huius enim ueritas ueritas affirmata, alterius autem ueritas uolumen diffinitur. Unde, ubi propositio incidens sit falsa, non ideo negari debet propositio principalis, sed suppositio. In omni huiusmodi propositione, duplex reperitur copula, una in propositione principali, quae dicitur copula principalis, altera in propositione incidente, quae est copula secundaria & praeter copula implicationis.

4^o Dividitur in categoricam, & hypoteticam. Categorica est (quae simplex etiam dicitur) in qua unum praedicationem enunciatur de uno subiecto. Hypotetica uero composita est quae ex duobus saltem categoricis conflatur. Propositio categorica dividitur in propositionem de inesse modalem, et exponibilem. Propositio de inesse, quae etiam absoluta dicitur, nude & simpliciter affirmat vel negat praedicationem de subiecto, ut Petrus est homo, homo non est lapis. Si praedicationem ponatur explicite, ut in exempli gratia, propositio dicitur esse de tertio adiacente. Si ponatur implicite, ita dicitur, ut connotatur in uerbo, ut in hoc die est, nox appropinquat, est propositio de secundo adiacente.

Propositio modalis enunciat modum, quo praedicationem conuenit vel aduenit subiecto, ut hominem esse animal est necesse. Sunt autem quatuor modi, possibilis, contingens, necessarius, impossibilis. In propositione modali duo sunt obiecta, scilicet dictum, & modus. Dictum est propositioni subiectum, modus praedicationem; sic in hac propositione, Ferrum currere est contingens, dictum est Ferrum currere, modus est praedicationem contingens.

Propositio

Propositio exponibilis est quae ob difficultatem specialem exponi debet per aliam faciliorem, quae notantur exponentes. Dicitur propositio exponibilis in exclusivam, exceptivam, et reduplicativam.

Propositio exclusiva dicitur per particulam tantum, solum, solummodo, quae aliquando afficiunt subiectum, ut in hac propositione, tantum Petrus currit, quae sic exponitur, Petrus currit, et nemo alius currit, aliquando afficit praedicatum, ut in hac, Petrus est tantum Philosophus, quae sic exponitur, Petrus Philosophiam intelligit, sed nullam aliam scientiam, vel aliam novit; aliquando cadit super copulam, ut Petrus tantum erit doctus, quae propositio explicatur per haec exponitur, Petrus erit doctus, sed nequam erit, nequam fuit doctus. Quando signum exclusivum afficit subiectum, propositio dicitur exclusiva de subiecto; quando praedicatum, de praedicato; quando vero copulam, dicitur propositio exclusiva de tempore per copulae importans.

Propositio exceptiva cognoscitur per particulas praeter, nisi, aliam, simile, quae excipiunt aliqua à termino communi in eo aliquam includenda; ut cum dicitur, omnes sunt docti praeter Petrum, ubi à termino communi docti excipiuntur [Petrus] nam ista propositio sic exponitur; Petrus est indoctus, et reliqui omnes sunt docti.

Propositio reduplicativa est quae continet aliquam particulam reduplicantem, quales sunt, quae, quatenus, si &c. Illud autem quod tali particula afficitur, designatur ut ratio propter quam tale praedicatum convenit subiecto aut illi differentem; ut homo quae animal differit à Angelo, quae sic exponitur, homo differit à Angelo, et ratio differentiae est animalitas.

Propositio hypothetica dividitur in copulativam, & disiunctivam, causalem, & conditionalem.

Propositio copulativa, seu conjunctiva constat duabus, aut pleribus categoricis inter se connexis per particulam [et] vel [nec] vel aliam similem, ut Petrus ludit, & Paulus studet, nec Petrus stat, nec Paulus sedet. ubi utraque veritas conjunctim vel affirmatur, vel negatur, additque ad copulativam veritatem requiritur ut omni categorico, quibus constat, sint vera.

Propositio disiunctiva complectitur duas categoricas connexas particula [vel] ut vel Petrus currit, vel Paulus dormit; ubi ubi disiunctione affirmata una veritate, additque ad propositionem disiunctivam veritatem sufficit quod alterutra pari sit vera.

Propositio causalis constat duabus categoricis simili particula causali

quia) Ne homo sentit quia est animal; ubi non tantum affirmantur duo ve-
 ritates absolute, videlicet hominem sentire, et esse animal, sed etiam quater-
 na veritas sic ratio alexitru: unde ad propositioni casuali veritatem non tantum re-
 quiritur, et itaq; propositio sit vera, sed insuper et ita sit ratio alexitru. Propositio
 conditionalis componitur ex duobus categoricis connexi inter se particula con-
 ditionali scilicet Ne si sol lucet, dicitur: ubi solam affirmatur conne-xio inter con-
 ditionem, et conditionatum, seu illud ~~est~~ quod ^{sub} conditione existit. Vg. inter so-
 lis lucem, dicitur existentiam. Unde, si dicitur hoc conne-xio propositio conditio-
 nis est vera, quamvis neque detur conditio, nec conditionatum: Et e converso, qua-
 vis haec ambo detur propositio esse falsa, nisi detur conne-xio. Nunc verba est
 hoc propositio, si equus sit homo, est animal rationale, et falsa est hoc, si
 nix sit alba, ignis ardet: nota tamen non requiri conne-xionem strictè illa-
 teram, sed sufficere vel contingentem, vel talem, et conditio sit quasi conditio-
 ni occurrere.

Propositio conditionalis dicitur p^oposita, seu posita conditione, ex parte in abso-
 lutam; quia tunc aequivaleret absoluto: sic, si dicat Petrus, si hoc feceris dabo tibi
 centum aureos. Posita conditione, p^oposita obligatis, ac si absolute, et nulli
 interposita conditione promittit centum aureos.

Quar. Quales sint propositiones falsificantes, et utrum sint possibili?

Resp. Propositio falsificans est, quae ad veritatem suam sequitur et ipsa sit fal-
 sa, et ad falsitatem, et sit vera: talis est hic actus reflexivus de se ipso dicens,
 ego sum falsus: nam si actu ille sit verus, est etiam verus; quia dicit de
 se verum: et si sit falsus, est et ipse verus, quia dicit verum, dicendo se esse
 falsum: unde satis patet huiusmodi actus esse mixti veritatis; nam intellectus
 non potest simul assentire duabus contradictoriis oppositis, quod tamen fieri necesse
 est, si eliciteretur talis actu mentalis; dum enim intellectus elicit propositionem af-
 firmativam, necessario iudicat predicatum convenire subiecto, et dum iudicat ac-
 tum suum esse falsum, necessario iudicat predicatum non convenire subiecto, sed
 hoc sunt contradictoria; ergo si intellectus eliciteret talem actum, deberet assentire
 contradictoriis.

Confirm. 1.^o Patet lumine rationis eundem actum non posse simul esse
 omnimode conformem, et simul discrepantem suo obiecto; sed hoc requiritur verac-
 itas sit simul verus et falsus: ergo talis nequit esse. Confirm. 2.^o Intellectus dum
 in actu signato affirmat vel negat aliquid, simul expresse, et implicite affirmat
 obiectam suam esse verum: ergo non potest mentaliter affirmare propositioni
 aliquam, quam actu elicit esse falsam.

Obiectis. 1.^o

Obiectis 1^o Paulus scilicet Petrum esse mendacem, habet motum dicendi, adeoq
potest veritate, quod quia dicit Petrus est falsum. Et Petrus scilicet Paulum esse
veracem; habet motum sufficientis dicendi, adeoq potest dicere, quod quia dicit
Paulus est verum. Sed in hoc casu utriusq propositionis exit simul vera et falsa.
ergo. Quod min; quia si propositio Pauli dicentis, Petrum dicere falsum, sit
vera, falsum est id quod dicit Petrus; sed Petrus dicit Paulum dicere verum.
ergo etiam falsum est Paulum dicere verum: ergo Pauli propositio, quae sup
ponitur vera est etiam falsa. Eodem modo ostenditur hoc eadem propositio.
et vera, ex eo quod supponatur falsa, idemq Similiter probet de propositioe Pe
tri.

Disting. maj. habent illam casuposito motum ellicendi tales actus in tota
latitudine, quam verba expriment, neg. cum implicita restrictione, quae est
natura rei debet subintelligi, conc. maj. et Disting. min. utraq propositio
exit simul vera et falsa, si summantur in tota sua latitudine, conc;
si elliciantur cum restrictione implicita, neg. min; neque aliud vincit pro
batio. Dico, igitur, illam Pauli propositioem equivalere huic, Falsum est
quod quia dicit Petrus, nisi dicat hunc meum actum esse verum. Quodau
tem huiusmodi restrictio implicita continuatur in actu Pauli probatur. Nisi
admitatur hoc restrictio, Paulus iudicat hunc ipsum actum Petri esse falsum.
ergo iudicat obiectum aliter se habere, quam dicit actus Petri; sed actus
Petri dicit actum Pauli esse verum: ergo Paulus iudicat actum Pauli, id est
actum suum esse falsum: ergo iudicat id quod Petrus dicit, non esse falsum;
sed tamen iudicat illud idem esse falsum: ergo iudicat idem esse et non esse
falsum, quod tamen sit impossibile admitti debet praedicta restrictio. Quod
hic dicimus de actu Pauli, eodem fieri modo applicari potest actui Pe
tri.

Obiectis 2^o. Fiat hoc leg. suspendatur qui falsum dicit; deinde di
cat Petrus ego suspendar. In hoc casu, si Petrus suspendatur, Nexum de
